



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.



**PRORECTOR**  
 ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,  
**CHRISTIANUS**  
**VATERUS,**  
 PHILOS. ET MED. DOCTOR,  
 EIVSDEMQUE P.P. SERENISS.  
 PRINCIPVM ANHALT. AR-  
 CHIATER, NEC NON PHYS.  
 PROVINCIAL. SAXON. ET  
 NATVR.CVRIOS.COL-  
 LEGA,  
 CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D.

den Erd  
 t bedeck  
 en/  
 hstreck  
  
 dt:  
 storber  
 chmeck  
 worber  
 Et.  
  
 C  
 Natus idem educatusque est sub minicoe  
 lo quod nullum ad formandos mores potest  
 Hypochondriae, oppido Militiae antipathos  
 propter memoratam illam amorem temporibus  
 rtae difficulte duo magnum Germaniae bellum  
 nuntiat. Annus tunc agebatur cis de xxxvii  
 ad us





Agna medicinae vis est, et multum ad vitam diu retinendam confert, ad recuperandam vero prosperam valetudinem sic necessaria est, ut ea e mundo sublata, humanum genus ad interitum redigatur. Cuius auctorem etsi vulgo Aesculapium ferunt, tamen Dei munere exculpta ante et usu explorata, non magis corpori, quam animo prodest, et fugiendas voluptatum illecebras, in morbi discrimine aegros monet. Haec enim rerum, quas natura gignit, vires aperit, atque in remediis, quae adhibenda sunt, modum ratione atque experimentis commonstrat. Quam medendi scientiam animo percepit, et in publica pharmacopolarum officina assecutus est Vir antiquo genere ortus, et divino quodam consilio, ut aegrotantibus subveniret, excitatus, atque industria et usu in pernoscendis rerum naturalium causis, quae ad medendum valent, confirmatus, praeterea multam in agendo prudentiam consecutus, ut cum inter medicos pulchre, tum inter senatorii ordinis Viros dexterrime versaretur. Natus idem educatusque est sub miti coelo, quod multum ad formandos mores potest, Dippoldisvaldae, oppido Misniae antiquo, et propter nemora silvasque amoeno, tempore patriae difficili, quo magnum Germaniae bellum imminebat. Annus tunc agebatur CIO DC XXVII.  
ad na-

ad nativitatem Viri tam prudentis et probi insignis. Statim atque in lucem editus est, coetui divino ascriptus, et mysteriis, quibus in Dei familiam adoptamur, initiatus, GODOFREDI nomen, reconciliatae cum Deo gratiae, signum et pignus accepit. Pater Godefredi DANIEL, procurandis Dippoldisvaldae, quae ad oppidi praefecturam attinent, negotiis, Saxoni fidem ac diligentiam probavit, et cum tantae in eo virtutes essent, missione data, Halam, Magdeburgicae ditionis urbem, accitus, prudentiam in consiliis, patientiam in laboribus ostendit. Avus defuncti PAVLVS, Stolbergae in Misnia Saxonis redditus curavit. Mater ROSINA, M. Ioannis Reicigeri, qui Saxoni a secretis fuit, filia, nullis domus suae molestiis defatigata, bene liberaliterque filium habuit, et ut Deum coleret, salutari consilio providit. Sexto decimo aetatis anno Halam missus, Eliae Veiffandio, Sereniff. Administratoris Magdeburg. Pharmacopolae operam dedit, et indies arte ac usu magis profecit. Ibi confecto, ut mos habet, quadriennio, Salzam, tum Dresdenam, inde Haynam, postea Sedinum Pomeraniae, denique Lipsiam se contulit, hinc Vitembergam accessit, *provisoris* titulo, Arnuri officinam, quanta potuit fide, administrandam suscepit. Illo rebus humanis erepto, heredes cum eo, ut officinae praeesset, pacti, dignum tali munere, quod gereret, existimarunt. Cum hac indole esset, et hac mente utererur ad recte explendas muneris partes, tum vitae laborisque sociam circumspexit ac delegit MARIAM ELISABETHAM, Martini Schörckelii, Caesarei in regia Pragensi urbe pharmacopolae filiam, quae non frustra sua et maiorum dignitate gloriari poterat, et tali inprimis marito digna videbatur. Ex qua suscepit *Mariam Rosinam*, Io. Godofr. Mullero, usu perito Merseburgi pharmacopaeo collocatam: *Hieronymum*, qui signifer sub Caesare fortiter militavit, et vivis exemptus est: *Godefredum*, I. V. Doctorem, prudentia, cultu, elegantia, meritis in foro et vitae luce nobilissimum: *Mariam Elisabetham*, Godefredo Hauptio, Lega-

to militiae Saxonicae nuptam: *Ebrenfriedum*, summa  
artis salutaris laurea dignissimum, iam pridem e vita  
sublatum: *Christianum* denique haud minori laude  
praeditum, qui officinam, a patre relictam, auget, ornate-  
que. Lectissima hac praestantissimaque Coniuge ere-  
pta, A. MDCXXCVII. duxit CATHARINAM MARTHAM  
Marciam, ex qua unicum genuit *Constantinum*, illius  
medicinae parti deditum, quae manu et ferro morbos  
curat. Hanc, quae senem sublevabat, uxorem superiori  
anno, ad irruptionem Gothicam fatali, amisit, iactu-  
ramque eius graviter tulit, quae talem se praestitit, ut  
negotiis fatigatum recrearet, et in secunda adversaque  
valetudine eum consolaretur. Honores equidem et  
splendidas dignitates contempsit, sed in senatum nihil-  
ominus huius urbis se cooptari passus est, ut serviret  
utilitati Civium, qui cum prudentiae laudem, tum ve-  
rae germanaeque probitatis lumen in Senae optimo  
suspexerunt. Varias peragravit provincias, et videndi  
multa experiendique cupiditate flagavit, nec minus  
ad medicinam, quam ad prudentiam oculos intendit.  
Religionem sine furo, iustitiam sine vitio coluit, fa-  
miliam liberaliter habuit, nemini invidit, aut obtre-  
tavit. Fide, sapientia, humanitate omnes sibi de-  
vinxit, neque extrema aetate ab hoc officio discessit,  
temperantia, frugalitate, continentia plane admirabilis fuit. Morbo  
paucis abhinc diebus tentari coepit, firmus alioquin et robore natu-  
rae fretus. Itaque Medici arte et experientia summi, in partem curae  
vocati, collegae amicitia et necessitudine muneris coniuncti, affue-  
runt, D. Bergerus, D. Sperlingius, Archiatri, cum utrisque D. Brende-  
lius, Praetori in vita et convictu Medicus familiaris, tum Archiater  
quoque Servestarus, D. Nicolai, laboranti subvenerunt, sed celeritate  
mali, priusquam se colligeret, oppressum, ad aeternae hereditatis  
spem L. De Vvedig erexit, et pietate contra inferorum insidias mu-  
nivit, ut rerum humanarum caligine liberatus, aeterna luce perfriere-  
tur. Vestra refert, Cives, ut Praetori optimo sapientissimoque GODO-  
FREDO NICOLAI, viro tam publice, quam privatim bene merito, liben-  
tibus animis, exequias eatis, et familiae necessitudinumque amplissi-  
marum causa officium supremum, ne subterfugiat, Funus ab H. I.  
pomerdiana ex aedibus in foro suis efferetur. P. P. Dominica XIII.  
TRINITATIS, Anno dñs M<sup>o</sup>CCVII.

Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]


X.285598A

W 117  
1018





PRORECTOR  
 ACADEMIAE VITENBERGENSIS,  
**CHRISTIANUS**  
**VATERUS,**  
 PHILOS. ET MED. DOCTOR,  
 EIVSDEMQUE P.P. SERENISS.  
 PRINCIPVM ANHALT. AR-  
 CHIATER, NEC NON PHYS.  
 PROVINCIAL. SAXON. ET  
 NATVR.CVRIOS.COL-  
 LEGA,  
 CIVIBVS ACADEMICIS  
 S. P. D.



den Erb  
 t bedeck  
 en/  
 hstreck  
 bt.  
 storber  
 hmeck  
 worber  
 t.

